



quousque Canticum **Magnificat.** cum sua Antiphona finiatur. Deinde prosternant se Fratres, etiamsi Vigiliæ sint solemnes, nisi festum fuerit. Quod si festum fuerit, inclinet chorus contra chorum, et dicto Pater noster, dicatur Psalmus **Lauda áнима mea Dóminum.** legendio voce mediocri et per **V.** Réquiem. terminetur; et dicendus est totus a Fratribus prostratis tempore prostrationum, a Fratribus vero erectis tempore inclinationum. Finito Psalmo, Hebdomadarius erectus et conversus ad Altare dicat :



V. A porta ífe-ri. **R.** Eru-e Dómine áimas e-órum.



Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spí-ritu tu-o. **O**rémus.

Et dicat Orationes alta voce eo modo quo in Vesperis Orationes dici solent. Orationes vero hoc ordine dicantur :

♣ Si fiant Vigiliæ pro aliquo Episcopo vel Sacerdote, dicitur prima Oratio Deus, qui inter apostólicos.; si pro quocumque alio Viro, Inclína.; si pro Femina, Quæsumus Dómine.; secunda Deus véniae largítor., tertia Fidélium Deus.

♣ Si fiat Officium ordinarium pro Fratribus, Sororibus, Familiaribus et Benefactoribus, prima erit Deus véniae largítor., secunda Deus, qui nos patrem et matrem., tertia Fidélium Deus.

♣ In omni Anniversario, prima erit Deus indulgentiarum., secunda Deus véniae., tertia Fidélium Deus.

♣ Si simul evenerit Obitus et Anniversarium, dimittatur Oratio Deus véniae., et prima dicatur pro præsenti Defuncto, secunda de Anniversario, tertia non mutetur.

Tres autem Orationes hac una clausula terminentur :
Qui vivis et regnas cum Deo Patre.